

viffet, quòd Radelchis de tali re decertaret, & putaret, ut ipfe Principatus honorem obtinere valeret, propter invidiam alta trahens fufpiria, tandem intra fe cogitavit, qualiter ei omnimodo valeret effe contrarius. Una denique die dum fæpedictus Sico pergeret ad balneum, ipfe Rofrit nempe talia cernens, famulis fuis profus præcepit, ut citius cum eo ad balneum properarent, ut quoniam nequibat in patulo cum ipfo fermocinari, faltem nempe loqui cum ipfo in balneo valeret. Sed ut diximus, dum balneum introiffet, Siconem ibidem invénit, atque juxta eum refedit. Dum denique Sico capud fapone inungeret, clam Rofrit dorfum ejus cœpit abluere dum Sico fifcitabat, ac diceret: *Quis eft ille, qui meum dorfum aqua perfundit? Ipfe ftatim dorfum linquens, aquam capiti ejus fundere cœpit, adnectens: Sile Sico, nunc sile, quia Rofrit ego fum.* Cum verò Sico vocem ejus cognoviffet, illico exiliens cum magno pavore dixit: *Quid eft, quòd de me illufionem, fimulque & injuriam facis? Quis talia cognofcet, & non irridebit mihi?* Cui Rofrit: *In proximo, fi propitium Chriflum fentiam, tuo capiti feptatam (62) habebis Coronam.* Ad hæc Sico: *Exul ego fum: mihi autem talia minimè dicite.* Ipfe idem Rofrit: *Tantum mihi per jufjurandum fponde, ut de meo honore, fi non augeas, nec minus, quia Deo propitio omnimodo talia ftudenter adimplebimus.* Ad hæc Sico: *Terra veftra eft: in veftra denique poteflate fum: quod bonum quippe, & utile veftris comparet oculis, facito.* Ego nempe de tuo honore fi non augmentabo, nec diminuam. Ab illo denique die ftudenter quippe ipfe Rofrit, exinde omnimodo decertabat.

C A P. XXXIX.

IPfe, de quo diximus, Princeps avaritiæ, fimulque & discordiæ garrulus erat, & injufta confilia cum fuis cognatis eis fæpiffimè inferebat; nec non & illuftriffimos viros minis & indignationibus vehementer afficiebat; inopes verò, & ignobiles vehementer opprimebat. Et, ut fertur, equo unius illuftris Viri, cujus nomen *Dauferus* fuit, pater, ut diximus, Rofrit, & Potelfrit, ufque ad nates in fealis ipfius Palatii caudam turpiter cædere fecerunt. Dum fui cognati talia operarentur, populufque terræ illius talia cerneret, profternatis animis, de morte ejus, ut diximus, cogitare cœperunt; fed metuebant planè inter fe de tali re in patulo talia pandere. Causam verò, ob quam terga equi fœdarunt, fubfequens fermo declarat. Domus fæpe dicti Daufarii erga plateam erat nimirum constructa: factum eft namque, ut Princeps inde tranfret cum cognatis. Foràs nempe projecit aquam, nimirum Daufarii famulus nefcientibus cunètis, ita ut fuper nates equorum, fuper quos equitabant Principis cognati, tangeret aqua. Denique ipfi valde irati funt, manifefteque injurias vendicare nituntur, adnectentes: *Ex animis fuis cognovimus, nempe honoris injurias videlicet noftri.* Dum verò cum ira Palatium adiffent, rem, quæ acciderat intimaverunt

(62) Pro feptam, circumdatam.

(63) Expeditio hæc in Beneventanos facta videtur anno 791. Aftronomus enim in Vita Ludovici Pii Tom. II. Du-Chetii hæc habet: *Ludovicus eo anno fratri Pippino fuppeditis ferre Tom. II. Par. II.*

A Principi. At Princeps fatuus in hunc modum promit talia dicta: *Ite mei, veftraque injurias vindicate, cognati.* Cum verò Dauferus deveniffet Palatium, illi namque quofdam ex fuis miferunt, &, ut diximus, album Daufarii equum turpiter fœdarunt: Quidam enim Potelfrit ejus filium acclamans, quæ acciderant pandit per ordinem rei. At illi ut erant affuti, illum equum ad propriam domum miferunt, aliumque equum venire fecerunt. Dum illorum pater ex more folito, ut in equum ascenderet, deveniret, fuum equum ibidem minimè invénit, atque famulum fuum percontavit: *Quidnam eft factum de meo equo? Ille excufationem inferens, inquit: Equi inter fe, mi*

B *Domine, fremuerunt, & retinaculum equi Domino noftra ruperunt; ficque & per plateas, & inhonesta loca deambulante, atque in luto fe volutante, proinde nequaquam potui illum huc deferre.* Ille verò hæc audiens, equum ascendit, & rediit domum.

Itaque cum fæpedicti filii domum rediffent, moefto vultu fe fe genitori objecerunt. Dum percontarentur à genitore, cur non ficut heri, & nudius tertius fuis natis facies cerneret: ipfi nempe in hunc modum talia verba promiferunt: *Utinam nuper mortui fuiffemus quando in cunis bajulabamur, & non bætenus in hac urbe maniffemus, ut tam fedum noftri honoris hodie cerneremus.* Cumque propter hæc pater in fermonem filiorum aures inneceteret, valde eft exinde exterritus, adjiciens: *Si Dei, meique benedictionem adipifci valeatis, quidquid fcitis nobis evidentius intimate.* At illi omnia ei patefecerunt. Dum verò talia audiffet, mox valde infremuit, afferens: *Nec Dei, meique benedictionem perfruatis, fi injuriam meam continuo non vendicatis.* Tunc Daufarii proles tali fermone ftimulati, quæ nuper in pectore clam gerebant, jam in patulo nimirum pandebant, atque hæc illacque pro Principis morte videlicet difcurrebant. Afferueruntque erga fe quemdam crudeliffimum virum, Agelmundus nomine. Sic denique, & per jam dicti

C *Radelchis fuffragium, fuper Principem intruerunt, atque is, ut prædiximus, Agelmundus abstracto gladio cum paucis plagis eum vitæ privavit. Regnavit quippe annos videlicet XI. & menses VII. Ad Langobardos fuit autterus; fed tamen audax, & velox fuit, & pro fuâ denique fagacitate adeptus eft Principalem dignitatem, quam nos, licet in fine annectere cupimus huic Historiæ.*

C A P. XL.

TEmpore quo Grimoald antecessor iftius *Grimoald*, Langobardorum Regni moderabatur habenas, & fub eo ifte Grimoald, *Storesaiz* illius videlicet fuit: per idem tempus *Caroli filius Pipinus* (63) cum valido exercitu Beneventanos fines adiit, atque in locum, qui *Teinvius* dicitur, tentoria figi juffit, quatenus inde valido exercitu valeret Beneventum undique obfidere; Cumque per aliquot dies ibidem degeret, quidam inops inibi erat, & quotidie virentem herbam Pipini equo in humero deferebat; & fæpiffimè ipfe Pipinus Rex eum

cer-
juffus in Italiam tranvehitur. Tum ambo Beneventanam provinciam ingrediuntur, cuncta obvia populantur, Caftro uno potiuntur. Inglorios autem inde recessiffe, quæ fequuntur latis perluadent.